

[Ex apographo in codice Vindobonensi lat. 1068666; cf. G. Buchanani Opera omnia, Edinburgi 1715, Epist. XV]

GENEROSISSIMO AC DOCTISSIMO VIRO

TYCHONI BRAHE OTTHONIDI.

S. P. D.

IAM agitur annus, TYCHO doctiſſime, ex quo GULIELMUS LUMMISDAL, || cum i thinc domum rediret, librum tuum de Nova Stella reddidit, quod munus multis nominibus mihi fuit gratiſſimum, vel quod abs te eſſet, id eſt, ab homine claritate generis illuſtri, eximia ingenij felicitate, et literis perinde exposito, qui illam Philoſophiæ partem, quæ eſt, ut cecinit veteris MANILIUS,

Regales animos primum dignata movere,  
Proxima tangentes rerum faſtigia cœlo,

iacentem erexit tibi, et e vulgi manibus in tuam rediit, hoc eſt, regiam reduxit tibi. Cumulat etiam rari muneris gratiam tua humanitas, qui eſt tam excelſo et dignitatis et doctriinæ culmine nos humiles, penitus penitusque iacentes non ſolum favens protegit, ed prope manu attollis, et hortaris exemplo, ut et nos velle cupiamus nube vehi, validique humeris in iſtere Atlantis: illamque et iſtalam, plurimis nationibus tamen pro vera receptam opinionem tuis monumentis, labore et induſtria refutas, ingenia ſcilicet hominum ubi hac languenti et frigida cœli [s. 22](#) plaga inertia a natura damnata eſt. Igitur cum omnes populi septentrionales publice, et nos privatim tibi debeamus plurimum, non exiſtimabis, arrogantius a me factum, quod ad hunc tuum que diem non reſcripſerim. Procul enim a meæ vitæ inſtituto et moribus hoc crimen abeſſe, omnes norunt, qui me non ignorant. Neque etiam eos clam eſt, quam proximo biennio morbis aſſiduis graviſſime afflicti fuerim, ac nullam pene horam ad ſcribendum vacuum habuerim, adeo ut cum alia multa leviora ſimul coætuſſe intermittere, tamen quinque libros de Sphæra iam dimidiatos emittere, ac ſcribendi carminis penitus abijcere. Quamobrem tibi gratulor, qui iſtam generis claritatem a maioribus, ingenij felicitatem naſtus, ætatem adhuc integram doctriina ſic excolueris, ut familiaria a natura || plendiſſime tua virtute plendorem adieceris. Nos in hac ætatis effeſta ignavia certe currenti libenter applaudemus, et iſtius officij præterea exigi a nobis poterit, tibi, quoad poterit, gratificabor. Hunc autem GULIELMUM LUMMISDAL, qui has tibi tradet, rogavimus, ut de ſtatibus rerum et ſtatuum tuorum diligenter me certiorem faceret: quem etiam tibi commendamus, ut pro claritate tua ipſum in quacunque re iuves. Vale. Sterlini poſt tridie Nonas Aprilis, Anno 1575.

GEORGIUS BUCHANANUS.

Interea autem, dum hæc Buchanani literæ forte ſunt in itinere, ego cum quodam nobili, eius Conterraneo, miſeram illi libellum meum de Nova Stella, ea adhuc durante, editum. Cum vero exemplum nullum earum literarum mihi ſuperſtit, Epigramma ſolummodo apponam, eidem libro manu ſcriptum præfixeram.

AD CLARISSIMUM VIRUM ET POETAM EXCELLENTIEM GEORGIUM

BUCHANANUM SCOTUM.

Hunc tibi non magnum mittit, Buchanane, libellum  
Ignotus Boreis Tycho remotus aquis:  
Sit licet ignotus, tamen is te novit, amatque,  
Carminibus toto notus es orbe tuis.  
Nec Boreas animos poterit di iungere no tros,  
Nam te etiam Boreæ frigidus Axis habet.  
Qualis enim cœlum convolvi Dania peetat,  
Talis et hoc ipsum Scotia ve tra videt.  
Exigua hæc igitur no tri monumenta laboris  
A Borea in Boream con ule miß a boni.